

2636 1813 bis

Roma, 11 februarii 1617. Bellarmin au' Père X

---

Admodum R. de Pater. Ad litteras R. V. datas in Jan. breviter respondeo, nos iam progressos esse non parum in accommodanda editione nova Testamenti Graeci.

Sed quia R. V. significat in Bibliotheca Augustana haberi quattuor Evangelia graeca, in perantiqua membrana descripta, rem gratam nobis fecerit, si conferret ea Evangelia cum Evangeliiis, quae habentur in Bibliis Regiis, à Christophoro Plantino excussis, et ad nos mitteret varias lectiones, id est, loca in quibus dissentiunt illa Evangelia manu scripta ab impressis Antverpiensibus Regiis. Nos enim usi sumus pro textu editione illa Bibliorum Regiorum, et addimus ad marginem lectiones complurium antiquissimorum textuum Bibliothecae Vaticanae. Ex quibus maxima pars convenit cum lectione editionis Latinae Vulgatae; quod nobis valde placuit.

His valeat R. V. mei memor in sanctis precibus suis.

Romae die 11 Februarii 1617.

R. V.

frater et servus in X<sup>o</sup>

Robertus Cardinalis Bellarminus.

in tergo: exemplar litterarum illustrissimi Cardinalis Bellarmini de Testamento Graeco.

. B.

Romae 11 Febr. 1617.

---

Archiv. comun. Forlì, Coll. Autogr. Bell. Rob. n. 11. Apographon

---

Lodi 3 Oct. 1617 Episcopus Bellarmino

2637+

Episcopus veniam petit, dicens se non cognovisse  
privilegia Coll. Germanici

gedatend Rome

Was P. Locca nicht in Rom?

---

Arch. Coll. Germ.

Index codicum n. 39 (ant. ord.): codex ipse perit (f. 435)